

*Invenio, extrema propè nox tristissima vita est.
Languida vix vocis sustentat lingua natatus.
At sceleris tanti, Minos, auctor quod, caputque,
Aridulas animæ fugientis, sperne querelas,
Digna fovi proles. Utinam ne forma placeret
Nunc quoque seva mihi: poterant solertia fato
Heli mihi crudeli, convicia mittere iusta.
At qui etiam nunc te, nunc, ô mea vita, nitenter
Adspicio in galeâ, atque equitantis amabile fulgur.
Et si non patrio scidissem vertice crinem,
Nunc quoque purpurei veniam tibi munera obses,
Vos vero, ô divi, quorum sunt Fata, voluntas,
Sanguis, ego, vester supremum hac ad loquor hora:
Scylla patris miseri, et patriæ commune sepulcrum,
Sistite crudeles animos latronis avari,
Ut non quid meritam, sed quid meruisse volentem
Suspendat piceâ, possit sentire carinâ. (poni
Sed quid ego hic iterum, quam, fors, nec cœnula
Æquora aquis, nec terra fini teget hospita sancto.
Piscibus obscœnis, quorum nunc maximus instat,
Et niveum viridi conspergit marmore corpus,
Esea puella, feror, sola ab sola, undique mecum.
Vos ô purpurei juvenis, que illi vota medorum
Irrita suspensis nelebant gaudia dictis,
Ecce ego, vester Amor, piceâ suspensa carinâ,
Scylla feror pelago, ventosque atque aquora luctro,
Hanc pro deciso pœnam, miseranda, capillo
Próque meâ solvens, excisâ funditus, arce,
Nam modo vix animam lasso stridore morata,
Tabidâque, in duris convolvens brackia nodis,
Mox nihil, aut ventis commissa fugacibus aura.*

Quod